

289

Inhaltsübersicht des Dom-Stifts-Archives  
zu Budissin.

(Fortsetzung.)

---

**E.**

Titulus Ecclesia per Alphabetum continuandus.

Ecclesia Leprosorum, seu Capella, quando exstructa, non scitur, est illa extra muros, et videtur esse ad S. Spiritum, Dominica Cantate pro illa Beneficium sive annuos redditus fundavit Annô 1350 Dominus Simon Custos et Canonicus ad S. Petrum. Originale desuper habetur sub titulo Vicaria, quod probat illam Capellam aut simpliciter Capituli, aut saltem in ejus plena Jurisdictione ecclesiastica esse.

1293. Ecclesia Mariae Virginis in foro Salis spectat ex communi Decreto Capituli et Senatûs ad Capitulum. Adest confectum Instrumentum, et adsunt desuper probae, ut est Confirmatio Episcopalis erectae Vicariae, in qua dicitur, quod cum consensu Capituli erecta sit, adest in Originali.

1426. Ecclesia huic adjunxit Petrus Proger fundationem Adjutoriae procuratis 10 marcis annuorum reddituum. Original. Desuper etiam adest Vidimus, quod in Speciali loculamento Vidimus quaerendum.

1469. Ecclesiae, singulariter Altaristae ad B. Virginem in foro Salis vendit Simon Nere Figulus in suburbio mediam marcam. Origin. tit. Budissin.